Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

xviii · vii · xviii · xxvii · x · xxi · ii · xiii · xxiv · v · xvi · xxvii · viii · xx · i · xii · xxiii · iv · xv ·
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

passi leguntur in gestis sanctorum quadraginta. In affrica: sancti attici. Redonis: sancti melani confessoris vii idus novembris. 7.

xv · C xxiii In alexandria beati achille episcopi: qui erudicione fide conversacione et moribus insignis fuit. Apud perusinam urbem italie natale sancti herculani episcopi: cuius corpus post absisionem capitis ita unitum atque sanum die quadragesimo ut scribit gregorius papa repertum est: ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset. Eodem die beati amaranti martiris: qui apud albigensem urbem exacto agonis fidelis cursu sepultus: vivit in gloria. In frisia: depositio sancti willibordi episcopi vi idus novembris. 8. dies Novembris

D xii · vii · * Rome via lavicana: passio sanctorum claudii, nicostrati, simproniani, castorii et simplicii: qui primo in carcerem missi. deinde scorpionibus gravissime cesi: sed cum a fide christi mutari non posset: iussi sunt a diocletiano in medio mari precipites dari. Item via lavicana: natale quatuor coronatorum severi, severiani, carpophori et victorini: qui iubente diocletiano ictibus plumbatarum usque ad mortem cesi sunt. Horum nomina cum minime potuisset reperiri. que a domino revelante in tercentis annis postea ostensa sunt. statutum est: ut anniversaria dies ipsorum sub nominibus supradictorum quinque martirum recoleretur v idus novembris 9.

xiii · E * Apud amasiam civitatem marmaritanorum: natale sancti theodori martiris: qui temporibus maximiani et maximini imperatorum. pro confessione christiane fidei fortiter cesus. ac in carcerem missus: deinde domino salvatore sibi apparente et monente, ut constanter et viriliter ageret relevatus est. novissime postquam eculeo suspensus et ungulis est corrosus.

* Octava omnium Sanctorum.

xxvii · viii · xx · xxx · xi · xxii ·
A B C D E F
iii · xiv · xxv · vi · xvii · xxix ·
G H I K L M
x · xxi · ii · xiii · xxiv · v · xvi
N O P Q R S T

* Festivitas Patrocinii beatissimæ virginis Mariæ: quæ ab ipso Ordinis Cisterciensis exortu in Patronam electa, atque in Titularem Ecclesiarum ejusdem designata; multis vicissim Cisterciensium familiam gratiis, ac muneribus cumulavit.

xviii · viii · xx · i · xii · xxiii · iv · xv · xxvi · vii · xix · xxx · xi · xxii · iii · xiv · xxv · vi · xvii ·
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T